

Emblema, Sol est? Emblematum natura aliquid hoc est: ut
multitudine quadam ad alia, quam quae sensui exteriori obijciuntur
intelligenda, mentes trahunt nostras. At vero quam similis Bonus
Princeps est Soli? Similimus ^{utique} ille non temporum modo, sed
siderum lectori existit. Unde et Leonem Imperatorem, nominis
Imum, crebris sermonibus hoc usurpasse, Optimi Simulium Scrip-
tes memoria produnt: quod, quemadmodum Sol ea quae illustrat
am calefaciat; sic et bonum Principem eos, quos aspicit, favore
plecti oportet. Bonus Princeps inquitur, ut Sol sit. Egre-
gia me Christus ex vere Regia de Bono Principe, boni
Principis est sententia. Verum enim vero, ut Sol celestis
eminens fabrica oculis, omnia illustrat, calefacit et moderatur
ita et boni Principis, vel etiam boni Magistratus est, Reipublicae
publicam suam illustrare, fovere, gubernare. Agite itaque, Ve-
randi Domini Auditores, qui nobiscum tenetis hanc clarum admodum
Solem, claris vestris oculis usurpatis, clariorem hodie eundem
videamus, clarissimum ipsum post hoc quoque visuri, si impropria
sentiarum pro modo paupertini ingenii ac iudicii mei, cuius
utriusque mihi probe sum conscius, per tria distincta Orationis
mea membra Analogiam ostendero, qua bono Principi cum
Sole intercedit. Ita videlicet est: quod ego ex hac peroratione
in qua adsto Cathedra et pro vos sonoros, breviter licet
firmiter in ostensurus sim, Solem veram nobis ac vivam
imaginem boni Principis ex ratione lucis et ratione caloris
et ratione moderaminis ac influxus, quoties cumque eundem
intueamur, obijcere. Dum vero sic omnino in tres rivum
los fons Emblematica Orationis meae derivabitur in
dicturo mihi sacer hodie Ternarius erit numerus, qui est ipse
sacer olim, inque sacris usurpatis, qui primus, qui perfectus
ut qui Principium, Medium et Finem habeat, centrumque
mediocritatis ad initium finemque componat. Vos quidem, Au-
ditores omnium Ordinum Splendissimi, primam Bono no-
stro Principi honorem habebitis, mihi deinceps cunctis
favorem inquis vestris animisque tribuetis, ea ipsa, quae
deprecipuis Boni Principis Partibus, rudi ac simplici ser-
mone dicturus sum, pronis ac benignis auribus suscipiatur. Quod